





DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA

DE

M V T A T I O N E

E T

REVOCA TIONE

T E S T A M E N T I

TAM QVOAD MODVM

QVAM QVOAD EFFECTVM.

*B 213*  
QVAM  
ERVDITORVM EXAMINI

S V B M I T T I T

A V C T O R

P E T R U S G R E V E

H A M B U R G E N S I S .

G O T T I N G A E

T Y P I S J O . C H R I S T . D I E T E R I C H

M D C C L L X X X I X .



ALBANUS  
MATHATI  
THERAPEUTIC  
THERAPY  
MATHEMATICAL  
PHYSICAL MEDICINE  
MAY  
KRISTOFFER HAMMI  
THERAPY  
THERAPY  
THERAPY  
THERAPY  
THERAPY

L I B E R A E  
S . R . I .  
REIPVBLCAE HAMBVRGENSIS  
SENATVI SPLENDIDISSIMO

V I R I S  
MAGNIFICIS PERILLVSTRBVS  
CONSVLTISSIMIS AMPLISSIMIS

CONSVLIBVS  
SYNDICIS  
SENATORIBVS  
PROTONOTARIO  
ARCHIVARIO  
SECRETARIIS

PATRIAEC PATRIBVS OPTIMIS  
PATRONIS ET FAVTORIBVS SVIS  
SVMMO HONORIS AC PIETATIS  
C V L T V

MAXIMOPERE VENERANDIS

H A S

QVALESCVNQVE STVDIORVM  
P R I M I T I A S

EA QVA PAR EST  
ANIMI DEVOTI  
SVBMISSIONE.

SACRAS FACIT

TANTORVM NOMINVM

CVLTOR OBSERVANTISS.  
AVCTOR.

ORVM

*De  
mutatione et reuocatione testamenti,  
tam quoad modum  
quam quoad effectum.*

§ 1.

*Ratio instituti et scriptores quidam.*

**Q**ui de specimine academico publice edendo cogitant, animum ad id simul iure meritoque attendere debent, ut materiam sibi sumant, quae tam viribus ingenii accommodata, quam lectoribus haud plane inutiles deprehenduntur, etiam si iam alii, qui de eodem arguento tractauere, invenantur. Evidem non dubito fore plerosque, qui hanc assertione paradoxam et non fatis laudandam iudicent. Sed hi

A 3

erunt

VM

ANTISS.

R.

erunt fere, qui non cogitant, vix hodie fieri posse, vt quis argumentum aliquod sibi deligit, in quo enucleando, non ante eum plurimi operam suam iam posuerint. — Hi, inquam, fere erunt, qui non perpendunt, vix veteranum et in arte Themidos bene iam exercitatum, argumentum delectum ita penitus exaurire, omnique numero absoluere, quin reliquis nil plane restaret pertexendum — id aequus rei iuridicae aestimator inficias ire non poterit. Sed quorundam haec omnia disputo? Scilicet vt L. B. intelligat, 1) me non temere, et infelici scribendi pruritu, sed iubente lege *ordinis iuridici*, qua quisque ad summos in utroque iure honores adspirans, obstringitur, animum ad scribendum adpulisse. Deinde 2) vt rationem perspiciat, cur ex tot innumeris argumentis, illud, quod de mutatione et reuocatione testamenti agit, mihi delegerim, cui tamen iam ante me, magni nominis ICti, operam quodammodo nauarunt, quos vt iam recente ordo rei postulare videtur. Cum autem scriptorem, qui de mutatione testamenti speciatim et data opera egerit, sciam nullum, (nam de iis, qui idem argumentum in aliis libris expofuerunt, differere, non est huius loci) illos tantum nominabo, qui speciem mutationis, nempe reuocationem testamenti

stamenti tractarunt. Sunt autem sequentes, qui mihi hactenus innotuerunt:

a) BARDILI Diff. de reuocatione ultimae voluntatis. De quo tamen scripto cum illo utri mihi non licuerit, nec boni nec mali quicquam dicere possum.

b) Jo. ANDR. HANNESSEN biga Diff. de testamenti accepte decennii lapsi facta reuocatione ad L. 27. Cod. de testam. Quarum prima habita est Goett. 1736. sub praesidio GEBAUERI; cui tamen dictus libellus adscribi non debet; partim quod magnus ille ICtus ipse suum non esse declarat, partim quod in illius Exercitationibus acad. quae Erfordiae prodierunt 1776, cura Jo. JUST. WEIS-MANTELLI, non exstat. Ceterum discutuntur in illa IV. Quæstiones; scilicet 1) quomodo computatio decennii sit instituenda, 2) quinam testes in reuocatione testamenti sint idonei, 3) an testes rogati esse debeant, et 4) an unius actus requiriatur. Altera sub eodem titulo prodit ibid. 1737, et quaestionem tractat, an reuocatio coram VII. testibus ad informandum testamentum lapsum X annorum requirat. Hisce duobus scriptoribus adiungi possunt nonnulli interpretes nouiores, qui locum principem dicti argumenti, nempe L. 27. Cod. de testam. data opera exposuerunt, puta, Jo. GUIL. MARCKART in interpr. recept. lect. Lib. II. Cap. I. et HERMANN CANNEGIETER in Dissert. super difficilior. quibusdam legibus, Franequeræ 1752. proposita. Quorum ille ad reuocandum testamentum tres testes sufficere, nec necessarium esse lapsum decennii existimat; hic vero contra, et non solum tribus testibus, sed et lapsi decennii opus esse, putat. Vtique a vero aberranti viam monstrarunt Dammuri illustres Lips. J. L. E. PIITTMANNUS in interpr. et obs. Cap. 27. p. 123. et AUG. FRID. SCHOTT in Diff. de posteriori testamento imperfecto, prius perfectum non rumpente, ad § 7-

A 4

Inst.

Inst. quib. mod. test. infirm. § 9. — In eiusd. Opus. acad. pag. 80.

§ 2.

*Notio mutationis testamenti et species illius.*

Si quis de *paupertate* sua, ut verbo *SCAEVOLAE*<sup>1)</sup> vtar, per modum *ultimae voluntatis* disponit, et ab hac sua voluntate iterum iterumque vel in totum vel in tantum recedit, quod semper fieri potest, quia secundum *VLPIANUM*<sup>2)</sup> voluntas hominis ambulatoria est usque ad *vitaे supremum exitum*; generatim dici sollet, testatorem voluntatem suam *mutasse*. Quae voluntatis testatoris mutatio duplī modo fieri potest, vel interueniente novo testamento, vel alia ratione. Priori casu regula iuris obtinet: *testamentum posterius rumpit seu tollit prius*. Posteriori vero casu ipsum actum mutationis *reuvocationem* testamenti in genere dicere solent. Quam *reuvocationem*, cum fieri possit vel *verbalem* vel *factis*, recte diuiseris in *verbalem* et *realēm*. Ad *realēm* pertinet, si testator tabb. testamenti cancellis inducit, delet, dilacerat, incidit, inscribit, sigilla turbat &c. *Verbalis* reuvocatio fit verbis rite a testatore declaratis, et dispesci solet in *nudam* et *non nudam*. De illa agit L. 27. Cod. de testam.

*Haec*

*Haec regula juris niti videtur<sup>3)</sup>: nihil tam naturale est &c. Et de his singulis mutationis testamenti speciebus, tam quoad modum, quam quoad effectum, paulo latius differere iam animus est.*

<sup>1)</sup> L. 78. § 12. ad SCum. Treb.

<sup>2)</sup> L. 4 ff. de adin. v. transf. leg.

<sup>3)</sup> L. 35. et 100 ff. de R. I.

§ 3.

*De prima mutationis specie per testamentum posterius.*

Quemadmodum autem mutatio ultimae voluntatis generatim sumita, varie cogitari potest, ita nec cuiuscunque modi illius tanta vis est et efficacia, ut testamentum vel ipso iure vel ope exceptionis vi sua statim destituantur, sed illa eadem ratione fiat necesse est, qua legibus praescripta inventur. Si igitur testator per posterius testamentum voluntatem suam mutare intendit, requiritur ut illud sit iure perfectum et omni numero absolutum, idque tam ratione solemnitatis <sup>4)</sup>, quam voluntatis <sup>5)</sup>, h. e. testatorem non tantum testamentum inchoasse, sed illud et perfecisse, omnesque solemnitates obseruasse oportet, ita ut nec haeredis institutio vitio laborare videatur. Quibus obseruat, testamentum

A 5

prius

prius vna cum legatis<sup>6)</sup> et codicillis<sup>7)</sup> ipso iure<sup>8)</sup> sublatum intelligitur, quoniam nemo cum duobus testamentis decedere potest, et ultimae cerae ratae esse debent, quae morte firmantur<sup>9)</sup>. Nec refert, vtrum in posteriore testamento prioris mentio facta fuerit, nec ne<sup>10)</sup>; — vtrum ex posteriore haeres existenter, nec ne<sup>11)</sup>; — aditio enim haereditatis ad substantiam testamenti non pertinet<sup>12)</sup>, sed ad even- tū, et sufficit tale esse testamentum, ex quo haeres existere possit; qui si deficiat, haeres in priori institutus, nihilominus manet exclusus, et defunctus exitum interstati patietur. Porro nec interest, vtrum in secundo testamento haeres sub conditione institutus sit, an pure<sup>13)</sup>. Sicut etiam suo modo nec clausula derogatoria<sup>14)</sup> et iuratoria<sup>15)</sup> priori adiecta aliquid efficeret valet, propterea quod nemo eam sibi legem dicere potest, vt a priori ei recedere non liceat<sup>16)</sup>. Caeve tamen credas, hunc effectum testamenti posterioris perfecti, in casu quo posterius eiusdem generis est, tantummodo obtinere. Regula enim: *te- stamentum posterius rumpit prius*, ita generalis est, vt omnia testamenta relipere videatur, nec necesse est, vt posterioris testamenti solemnia priori ad amissim respondeant, modo illud sit perfectum in suo genere.

is<sup>7</sup>)  
niam  
edere  
bent,  
efert,  
rioris  
trum  
<sup>11</sup>);  
atiam  
euuen-  
, ex  
iciat,  
minus  
inten-  
trum  
condi-  
cūti  
ia<sup>14</sup>)  
effi-  
n sibi  
edere  
hunc  
fecti,  
s est,  
: te-  
nera-  
e vi-  
testa-  
pon-  
suo  
nere.

genera. Hinc non solum nuncupatiuum prius, posteriore scripto, et scriptum prius, nuncupatio posterior; sed et solemne prius, posteriore minus solemni et priuilegiato, et priuilegiatum prius posteriore solemni, infirmari posse recte afferitur. Hinc porro et militare per posterius solemne, et solemne prius per militare posterius vel quodcumque aliud priuilegiatum inuerti potest, propterea quod priuilegiatum aequem ex iure singulari, quam solemne ex iure communi perfectum habeatur, per quod prius infirmari possit<sup>17</sup>). Quae cum ita sint, vix est ut defendamus VLPIANUM minus accurate dicentem<sup>18</sup>): "tunc autem prius testamentum rumpitur, cum posterius rite perfectum est: nisi forte posterius vel iure militari sit factum, vel in eo scriptus est qui ab intestato venire potest: tunc enim et posteriore non perfecto superioris rumpitur." — Cuncta enim testamenta priuilegiata supplemento quasi legis pro perfectis habentur, ad illum effectum ut iis priora tollantur, et hinc dictae species ut exceptiones a regula vix ponit merentur. Unicum tamen de testamento militari addere volo. Scilicet hocce testamentum per quodcumque posterius, cuiuscunque sit generis, mutari posse dixi. Quae assertio tunc tantum vera est, si posterius priori aduersatur, seu quod

quod perinde est, si in singulis tabulis univerfa translatio iurium et obligationum continetur, nec testator miles addiderit clausulam, vt cunctae dispositiones valeant. Quodsi eiusmodi tabulæ sibi contrariae non sunt, seu, cum sibi aduersentur, miles declarauerit, vt omnes valeant: posteriores prioribus non derogant, quia generatim in iure receptum est, vt miles pluribus testamentis decidere possit<sup>19)</sup>. Quod priuilegium militis, cum non ad ea pertineat, quae formam testamenti externam respiciunt, sed ad ea, quae materiam et argumentum illius concernunt, quae iure nouo ad militem in expeditione seu itinere et profectio[n]e militari constitutum restringita non sunt, militi qua tali, ideoque et extra expeditionem occupatum competere omnino videtur.

<sup>4)</sup> § 2. Inst. quib. mod. testam. infirm. L. I et 2 ff. de iniusto rupto et irrito facta testam.

<sup>5)</sup> L. 25 ff. qui test. fac. poss. § 7. Inst. quib. mod. test. infirm.

<sup>6)</sup> L. I. § 1 ff. de leg. 3. — ibi: "quia nihil in testamento valer quoties ipsum testamentum non valer." L. 81 ff. de leg. 2. Excep[re] 1) si expresse fuerint repetita. CARPZOV. P. III. Conf. 3. def. 40. — 2) si testator priori testamento clausulam codicillarem adiecerit; quae clausula semper ea intentione et hoc fine adiecta intelligitur, vt ultima voluntas, si forte postea quoquis modo infirmetur, nihil.

nihilominus ut codicillus, ideoque in vim fideicommissi sustineatur. — L. 12. § fin. ff. de iniusto rupto et irr. facto testam. cfr. BERGER in *Oec. iur.* Lib. II. Tit. 4. § 22. No. 9. STRIV. Ex. 34. th 65. — Differit STRYK in C. T. Cap. 24. § 62. sed absque solidâ ratione.

<sup>7)</sup> L. 3. § vlt. ff. de iure cod. ibi: "si ex testamento hereditas adita non fuisset, fideicommissum ex huiusmodi codicillis nullius momenti erit." L. 16 ff. eod.

<sup>8)</sup> L. 27. Cod. de testam.

<sup>9)</sup> L. 19 ff. de testam. mil.

<sup>10)</sup> L. 6. § 2 ff. de adim. v. t. transf. leg. ibi: "novidissima enim voluntas feruatur."

<sup>11)</sup> cit. § 2. Inst. quib. mod. testam. infirm.

<sup>12)</sup> vid. VINNIUS ad cit. § 3. et L. 54 ff. de hered. inst.

<sup>13)</sup> L. 16 ff. de iniusto rupto et irr. facto testam. Quod si tamen conditio de praesenti testamento secundo infra est, et illa non exsistit, prius subssistit, quis posterius statim ab initio nullum est.

<sup>14)</sup> L. 6. § 2 ff. de iure codicilli. — Testatores dplci saepe vruntur clausula derogatoria in testamenti. Altera qua derogant omnibus voluntatiis ante conditis. Altera qua indicant se nolle vt posterior voluntas valeat. Illa plane inutilis et sureracua est, quia per testamentum posterius prior ipso iure iam sublatum intelligitur. Haec an illum quidem effectum habere potest, vt testatori iam non amplius sit integrum mutare sicut voluntatem — id enim expresse negatur a L. 22 ff. de leg. 3. Sed an non id saltum excludat, vt testator in secundo testamento expesse illam reuocet, controversum est inter IC<sup>os</sup>. Affirmativa semper verior

minhi

s vni-  
onum  
iderit  
leant.  
rariae  
miles  
riores  
teratim  
ribus  
Quod  
pertin-  
ernam  
et iure  
tinere  
refri-  
que et  
petere

et 2 ff.

b. mod.

in testa-  
non va-  
esse fue-  
f. 40. —  
codicil-  
a inten-  
vltima  
firmetur,  
nihil-



mihi vila est, propter verba cit. L. 22 ff. de leg.  
 3. "sed hoc ita locum habebit, si specialiter dixerit, prioris voluntatis sibi poenituisse, et voluisse ut legatarius plura legata acipiat." Quae sententia et iuri naturae et moribus conuenit. vid. Cujac. in *Obser. Lib. 14. Cap. 7.* et GROTTIUS in *iure B. et P. Lib. I. Cap. 3. § 8.* Alter sentire videntur HUBER in *Praelect. ad ff. Tit. quib. mod. test. infirm.* § 2. et COCCETI in *iure controv. Lib. 28. Tit. 3 et 4. Quæst. 12.*

<sup>15)</sup> Teste tamen STRYCKIO in C. T. Cap. 24. § 24. haec clausula idem operatur, quod clausula codicillaris ipsi testamento inserta, ob L. 77. § 23 ff. de leg. 2. Sed aut testator, mutata contra iniurandum voluntate, fiat perius, quaestio est quae parum habet in recessu. Posterior enim testamentum nihilominus valet in foro, etiam si testator pro periuero habeatur. cfr. HUBER ad Int. Tit. quib. mod. test. infirm. § 2.

<sup>16)</sup> L. cit. 22 de leg. 3.

<sup>17)</sup> Cfr. VOETIUS in *Comm. ad ff. Tit. de iniusto rupto etc. § 3.*

<sup>18)</sup> L. 2 ff. de iniusto rupto et irr. factio testam.

<sup>19)</sup> L. 19 ff. de testam. mil.

#### § 4.

*Duobus testamentis rite conditis effectus  
rupionis interdum cessat.*

Quod hactenus de effectu testamenti posterioris perfecti generatim differui, id in certis factorum traxiebus aliter se habere

bere videmus. Scilicet *interdum* ex duobus testamentis rite conditis neutrum valet — *interdum* utrumque vim et effectum habet — *interdum* prius tantum, non obstante posteriore rite condito, seruatur. Et de his speciebus breuiter iam videbo. Scilicet neutrum testamentum valet in casu existentiae duorum, si non constat quale sit prius, quale sit posteriorius<sup>20)</sup>. Hanc assertionem plerique quidem veram esse contendunt quod ad *ius civile*; sed ex *iure praetorio* rem aliter se habere tantum non omnes fatentur, et verba VLPIANI ad editum<sup>21)</sup> pro se allegant “sed et si in duabus codicibus simul signatis alios atque alios heredes scripsisset, et utrumque exslet: ex utroque quasi ex uno competit bonorum possessio: quia pro unis tabulis habendum est, et supremum utrumque accipiemus.” Sed vix credo, haec verba vulgarem hac in re opinionem probare. Duo enim codices simul signati h.e. uno eodemque tempore facti, aperte supponuntur; et hocce tantummodo casu pro unis tabulis haberri debent. Praetorium ergo editum ad casum existentiae duorum testamentorum, quorum vel utrumque est sine die et Consule, vel alterutrum tantum, iure non potest applicari, ceu id recte monet MOLLENBECIUS<sup>22)</sup> contra STRUVIUM<sup>23)</sup>, BRUNNEMAN-

NUM

NUM<sup>24</sup>), STRYCKIUM<sup>25</sup>) aliosque, quorum tamen sententiam in foro triumphare videmus. — *Interdum* etiam utrumque testamentum vim et effectum habere dixi, quod non tantum suo modo contingere videmus in testamento militis, de quo supra iam differui, sed praecipue in casu speciali, quo testator paganus in tabb posterioribus addidit, etiam priores valere debere; hoc enim in casu utraeque quidem *iure directo* non valent, sed haeres in posterioribus scriptus pro rogato censetur, ut hereditatem deducta quarta, heredi in prioribus scripto restituat<sup>26</sup>). Quae interpretatio ultimae voluntatis tanto iustior est, quo certius constat, adiectam clausulam enixa voluntatem testatoris significare, quam semper cum effectu accipere oportet. — Sed et *interdum* prius tantum testamentum seruatur, etiam si testator posterius rite confecerit, id quod in sequentibus accidere solet, a) si testator posteriores tabb. cancellat, incidit, inscribit etc. ea intentione, ut priores denovo reconualescant. Quo facto priores sustinentur, non quidem *iure civili*, sed *praeutorio*, ad hunc effectum, ut in prioribus scriptus heres bon. poss. agnoscerre possit<sup>27</sup>). Deinde b) si testator errore ductus posterius condidit, et in eo alium heredem rite

rite instituit, cum in priori scriptum testamento extinctum crederet, et hoc ipsum in posteriori *expresse* declarauit, v. c. quia heredes quos volui habere mihi, continere non potui, hic vel ille heres esto. Errore enim post mortem testatoris detecto, ex constitutione Impp. heredis institutio ex secundo testamento in heredem primi testamenti quasi transfertur, eique hereditatem ex priori adire permititur, saluis tamen legatis in posterioribus tabb. relictis, quippe quae ex errore data non censeruntur<sup>28)</sup>. Et tandem c) in casu admodum singulari, quo posterius est nuncupatiuum in quo princeps institutus est, priore solemniter condito existente, in quo quilibet alius heres nominatus est. Ex constitutione enim HONORII et THEODOSII<sup>29)</sup> in tali casu prius solemne per posterius nuncupatiuum, in quo imperator heres institutus est, tolli non debet. Quod constitutum esse videtur in odium eorum, qui quavis illicita arte et machinatione gratiam principis captare gestiunt.

<sup>20)</sup> Arg. L. 30 ff. de testam. tat.

<sup>21)</sup> L. I. § 6. de bon. poss. s. tab.

<sup>22)</sup> In Diff. *de duabus testamentis simul validis* C. 5. § 6.

<sup>23)</sup> Exercit. 37. th. 53. in fin.

<sup>24)</sup> Ad cir. L. I. § 6. de bon. poss. sec. rabb.

<sup>25)</sup> In Successione ab intestato Diff. 9. Cap. 4. § 37.

- 26) § 3. Inst. quib. mod. test. infirm. L. 29 ff. ad SCtum  
Treb. STRYCK in C. T. Cap. 24. § 59. et Mot-  
LENB. Diff. cit. Cap. I. § 4.  
27) L. pen. § 2 ff. de bon. poss. sec. tab.  
28) L. fin. ff. de her. infir.  
29) L. 20. Cod. de testam.

## § 5.

*De effectu voluntatis posterioris imperfectae.*

Quodsi testamentum posterius omnibus numeris absolutum non est, de effectibus illius saepe querere solemus. Et si illud ratione *solemnitatis*, tam internae quam externae, imperfectum inuenitur, nullius momenti habetur etiam respectu legatorum<sup>30)</sup>, sed prius subsistit et heres in illo scriptus hereditate potitur. Qui effectus ita generalis est, vt nec Imperator heres institutus ex tali testamento imperfecto aliquid sibi vindicare possit<sup>31)</sup>. Quae cum ita sint, admodum mira videri potest illa dispositio, secundum quam testamentum posterius, in quo heredes incapaces scripti sunt, et hinc ob vitium institutio- nis subsistere non potest, nihilominus illum effectum habeat, vt prius eo infirmetur, et heredibus in priori testamento scriptis, hereditas ut indignis et voluntatem testatoris non habentibus auferatur<sup>32)</sup>. Quae dispositio generalis causam Fifci fouere, et hinc

hinc exceptionem a regula constituere videtur. Nam in reliquis speciebus regula manet, ex quibus quasdam adducere volo. Pertinet huc illud testamentum posterius imperfectum, in quo *suis* non rite exheredatus vel plane praeteritus est<sup>33)</sup>). Hoc enim in casu testator formam testamenti non obseruauit, quam sub poena nullitatis negligere non poterat, hinc prius quod validum est, eo mutatum non censetur. Alter sane se res habere videtur, si testator *suum* quidem rite exheredauit, sed absque iusta causa; tunc enim forma testamenti non laesa est, sed tantum aequitas: quo casu testamentum iure factum dicitur, et hunc habet effectum, vt eo prius tollatur, quamvis posterius querela inofficiosa postea licite impugnari possit<sup>34)</sup>). Ad testamenta ratione solemnitatis imperfecta, quibus priora non inuertuntur, etiam illud posterius suo modo pertinere censeo, quod post testamentum parentum inter liberos conditur absque speciali prioris reuocatione. Hocce enim testamentum tacita quasi clausula derogatoria praemunitum censetur, et hinc per posterius non simpli- citer inuertitur, sed noua solemnitate opus est. Scilicet requiritur, vt posterius sit solemne, sive scriptum sive nuncupatiuum, et vt parens testator simul coram VII. te-

stibus declarat, se nolle, vt prius valeat, modo ponamus in posteriori vna cum libe-  
ris extraneos heredes institui. Quodsi enim parentes in testamento posteriori li-  
beros suis solos instituunt, iisque extra-  
neam personam non admiscent, nulla ratio  
iuris appetet, cur non prius eo sit muta-  
tum, etiamsi posterius non sit solemne,  
aut clausula derogatoria instructum. Quae  
sententia omnino communis est, et dispo-  
sitioni *Institutione* et desumptae ex illa  
*Auth.*<sup>35)</sup> apprime conuenire videtur, quam  
etiam sequuntur RICHTERUS<sup>36)</sup>, RIT-  
TERSHUSIUS<sup>37)</sup>, PEREZ<sup>38)</sup> et BERGE-  
RUS<sup>39)</sup>. Sicuti autem sententia vix datur  
in iure, etiamsi aperte in legibus si funda-  
data, cui non forte ab aliquo contradicatur;  
ita et *haec* non omni omnino contra-  
dictore destituta invenitur. VETIUS<sup>40)</sup>  
enim, accuratissimus alias legum interpres,  
contendit, testamentum parentum inter  
liberos, exemplo reliquorum testamento-  
rum, infirmari testamento posteriori, vt  
cunque non continente expressam prioris  
reocationem — et hinc *expressum signifi- cationem* coram VII testibus, cuius in Nov-  
mentio fit, non ad specificam et expressam  
prioris testamenti priuilegiati reuocationem  
pertinere statuit, sed ad id, se velle no-  
vum condere testamentum, scilicet vt te-  
stes

stes inde intelligent, cui rei adhibeantur, et ut videantur specialiter rogati. Sed plane non perspicio rationes, quae Imp. JUSTINIANUM l. c. mouere potuerint, ut de nouo rogationem testium inculcat, in testamento solemini iam aliis legibus prescriptam<sup>41)</sup>. Et si quid video, verba cit. Auth. aperte contrarium loquuntur: "et hoc inter liberos testamentum ita infirmatur, si parens 7 testibus adhibitis declarat, se nolle tale testamentum valere, et aliam disponat voluntatem, vel in testamento perfecto, vel in non scripta perfecta voluntate." — Ceterum de ysu et valore huius Auth. in iudiciis tanto minus dubitandum est, quo certius constat, eam ab auctoritate sua plane non recedere. Hinc et opinionem VOETII, tanquam in hac re singularem, in foris nostris non obtinere, tantum non omnes fatentur.

<sup>30)</sup> Proprius regulam generalem quae traditur in L. I. § 1 ff. de leg. 3. "quia nihil in testamento valer quoties ipsum testamentum non valer." L. 31. ff. de leg. 2. et L. 14. Cod. de fideicommiss. — Attamen si eiusmodi testamento imperfecto clausula codicillaris inserta est vel explicita vel implicite, L. 88 in fin. ff. de leg. 2. et L. 77. § 23. eod. — et ea requirita generatim adjunt quae alias in codicillis addesse debent, dispositio ad instar codicilli utique valere potest. L. 41. § 3 ff. de vulg. et pup. subit. L. 29. § 1 ff. de testam.

- 31) L. 3. Cod. de test.  
 32) I. 12 ff. de his quae ut indign. auf.  
 33) L. 16. § 1 ff. de vulg. et pup. subist. L. 7 ff. de lib.  
 et posthu. hered. iust.  
 34) Huber in Praeleg. ad ff. Tit. de lib. et postum.  
 her. iustit. § 7.  
 35) Nov. 107. Cap. 2. et Auth. hoc inter lib. Cod. de  
 testam.  
 36) In Decis. P. I. Dec. 49. No. 24. 25.  
 37) Ad Nov. P. VI. Cap. 2. No. 11.  
 38) In Cod. Tit. de testam. No. 28.  
 39) In Oec. iur. Lib. II. Tit. 4. § 22. No. 8.  
 40) In Comment. ad ff. Tit. de inj. rupto et irrito fa-  
 cto testam. § 3.  
 41) L. 20. § pen. et L. 21. § pen. ff. qui test. fac. poss.

## § 6.

## Continuatio.

Quod hactenus de effectu testamenti posterioris imperfecti respectu *solemnitatum* dixi, id eatenus etiam de illo testamento valer, quod ratione *voluntatis* imperfectum existit; quo pertinet, si testator post factum prius, posterius facere incipit, sed aut mortalitate praeventus, aut quia eum eius rei poemiteat, id non perficit. Scilicet nullius momenti habetur eiusmodi simplex testificatio, ita, vt ne quidem legata ex eo peti posse videantur, secundum ea quae respondet ICTUS PAULUS <sup>42)</sup> seqq. verbis “*ex ea scriptura, quae ad te-*  
*,,flamene*”.

„flamentum faciendum parabatur, si nullo  
 iure testamentum perfectum esset, nec ea,  
 quae fideicommissorum causa habent, peti  
 posse.“ Quodsi tamen testator eiusmodi  
 scripturae addiderit verba: *hoc testamentum volo esse ratum, quacunque ratione poterit*, videtur eum voluisse, omnimodo valere ea qua relictum, etiam si intestatus deceperit, et valet dispositio ut codicillus<sup>43</sup>); sed absque eiusmodi declaratione testatoris, dispositio posterior, quae tantum inchoata est, imperfecta et inefficax manet, et tantum in hoc casu singulari respectu prioris vim et efficaciam habet, si illa a militia misso intra annum missionis facta fuit<sup>44</sup>). Quod nec mirum videri potest, quia testamentum militare absque omni solemnitate conditur, quidni et absque solemnibus reuocari poterit! Est ergo haecce dispositio singularis exceptio a regula, qua testamentum posterius respectu voluntatis imperfectum, nullius momenti esse traditur. Et quamvis iure antiquo, praesertim tempore testamenti praetorii de effectu eiusmodi inchoatae et nondum consummatae ultimae voluntatis in utramque partem disceptaretur, ceu id docte probatum dedit BREUNINGIUS<sup>45</sup>), Ictus olim apud Lipsi. clarus; tamen iure nouo res extra omnem dubitationis aleam posita videtur,

B 4 post-

de lib.

postum.

Cod. de

rito fa-

ac. poss.

menti

itatum

mento

fectum

ost fa-

t, sed

a eum

Sci-

eum le-

secun-

us<sup>42</sup>)

ad te-

stamen-



postquam *Div. HELVIUS PERTINAX Imp.*  
*oratione in senatu habita effecit, ut SCto*  
*caueretur: ut priores tabb. perfidae tan-*  
*tum per posteriores iure perfidas rumperen-*  
*ter. Quod deinde *Imp. JUSTINIANUS* <sup>46)</sup>*  
*sua dispositione de nouo confirmauit et*  
*corroborauit seqq. verbis: "ex eo autem*  
*solo non potest infirmari testamentum quod*  
*postea testator id noluerit valere: usque*  
*adeo, ut, si quis post factum prius testamen-*  
*tum, posterior facere coepit, et, aut mor-*  
*talitate praeventus, aut quia eum eius rei*  
*poeniteat, id non perficerit; *Divi Pertina-**  
**cis oratione cautum sit, ne alias tabb. prior-**  
**res iure factae irritae fuerint: nam imperfe-**  
**ctum testamentum sine dubio nullum est."**  
*Ratio huius sancti Helviani ea fuisse vide-*  
*tur, ne Fiscus occasione inique rupti testa-*  
*menti, aliquid captet. Scilicet ante tem-*  
*pora *Imp. Pertinacis* testamenta statim in-*  
*firmari solebant, postquam testator ad pos-*  
*teriorius condendum sece accinxerat, nullo*  
*habito respectu, an nouum iure perfectum*  
*esset, nec ne. Saepissime etiam contingere*  
*solebat, vt testator sine vlo herede dece-*  
*deret, et res ad causam intestati rediret.*  
*Quo facto, si defunctus forte non habebat*  
*heredes ab intestato successuros, bona eius*  
*fiebant vacantia <sup>47)</sup>, et a Fisco occupaban-*  
*tur. Ne igitur Fiscus hac ratione in po-*  
*sterum*

sterum locupletaretur et praedam iniquam captaret, bonus ille princeps, teste CAPITOLINO<sup>48)</sup>, fanciniit: *ut testamenta priora non prius essent irrita, quam alia perfecta essent; neve ob hoc Fiscus aliquando succederet<sup>49)</sup>.* Quae cum ita sint, Div. Imp. inhaesisse videtur regulae, quam tradit QUINTILIANUS<sup>50)</sup>, scilicet si testamentum non est iure factum, priori obstat non potest.

<sup>42)</sup> L. 29. § 1. ff. de testam.

<sup>43)</sup> L. cit. in fine.

<sup>44)</sup> L. 34. § 1. ff. de testam. mil.

<sup>45)</sup> In Prolusione orat. *Div. Helvii Pertinacis* in § 7.  
Inft. quib. mod. testam. infirm. § 1.

<sup>46)</sup> § 7. Inft. quib. mod. testam. infirm.

<sup>47)</sup> Cfr. HEINECCIUS in Comment. ad Leg. Jul. et Pap.  
Popp. Lib. 3. Cap. 7.

<sup>48)</sup> In Vita Pertinacis Cap. 7.

<sup>49)</sup> Cfr. SCHOTT in Diff. cit. § 5.

<sup>50)</sup> Declam. 308.

### § 7.

*An testamentum posterius imperfectum vim  
habeat respectu legatorum in priore  
relittorum?*

Sed restat alia inspectio eaque haud  
parui momenti, ad quam nunc iam pro-  
gredior. Scilicet quaestionem mouere fo-

B § lent,

lent, an legata in priori testamento valide  
relicta, per testamentum posterius imper-  
fectum generatim ademta et reuocata dici  
queant? Et ita omnino videri posset,  
quia secundum VLPIANUM<sup>1)</sup> non solum  
legata, sed et fideicommissa adimi possunt,  
et quidem *nuda voluntate*; nec non quia  
ex mente eiusdem ICti<sup>2)</sup> is, qui ex testa-  
mento contra voluntatem testatoris aliquid  
petit, exceptione doli mali submoueri de-  
bet. Ex eo enim, quod testator nouum  
condit testamentum, quamvis imperfectum,  
voluntatis mutationem ideoque displicen-  
tiam illius sufficienter colligere licet, et  
hinc legata ex priori testamento petentes,  
ope exceptionis repelli posse omnino sta-  
tuendum esse videtur. Sed hisce rationib-  
us non obstantibus, vehementer dubito,  
hanc sententiam ut omnimode et simpli-  
citer veram posse praedicari. Concedo  
quidem legata *nuda voluntate* adimi, con-  
cedo etiam neminem legata contra volun-  
tatem testatoris petere posse; sed simul  
ponamus necesse est, de vera voluntate  
testatoris ad admitionem legatorum directa,  
certe et sufficienter constare. *Nuda enim*  
*voluntas*, cuius in lege fit mentio, *opposi-*  
*tione*, ut aiunt, intelligi debet. Perinde  
est ac si ICtus dixisset: ad admitionem  
legati nec facto opus est v. c. cancellatione

et

et deletione scripturae etc. — nec voluntate solemni coram VII. testibus declarata; sed sufficit *nuda*, i. e. vel verbis ore prolatis vel scriptura<sup>1</sup> comprehensis declarata voluntas, ad admitionem tamen legati efficaciter directa. Quibus rebus ita comparatis, ad quaestionem propositam cum distinctione respondendum esse credo, videlicet, virum testator in posteriori testamento imperfecto legatorum prioris validi mentionem iniecerit, et ne ea valeant expresse dixerit, an non. *Priori* casu legata ademta esse, et illa petentes exceptione doli mali submoueri posse concedo, v. c. testator dixit: ea quae Titio legauit, iam non do, non lego — aut, ea legata, quae in priori testamento dedi, iam non volo valere. Testator enim aut *nuncupative* ita dispositus, aut in *scriptis*. In utroque casu nuda voluntas ad admitionem legatorum directa, sufficienter declarata videtur, id quod secundum leges sufficit. Nam si testator in *scriptis* ita testatus est, dispositio quidem ceu testamentum valere non potest, hoc lubenter concedo; sed effectum admitionis legatorum eiusmodi scripturae tribuendum esse, omnino credo, idque propter expressam in ea declaratam voluntatem<sup>2</sup>). Sin autem *nuncupative* disponere voluit, illum coram testibus voluntatem

valide  
imper-  
a dici  
posset,  
solum  
ffunt,  
quia  
testa-  
liquid  
ri de-  
ouum  
ctum,  
licen-  
t, et  
entes,  
o sta-  
tioni-  
ubito,  
impli-  
ncedo  
con-  
volun-  
simul  
untate  
irecta,  
enim  
opposi-  
erinde  
ionem  
atione  
et

luntatem suam declarare oportuit. Quae declaratio voluntatis, quamvis propter defectum perfectionis, qui supponitur, ceu testamentum valere non poterit; tamen propter praesentiam testium eam vim habeat necesse est, ut legata prioris testamenti ademta dici possint<sup>4)</sup> , idque vel ipso iure, vel ope exceptionis, prouti testator vel coram V. et VII. aut coram duobus tantum testibus hanc suam voluntatem declarauerit<sup>5)</sup>. At in casu posteriori, si legatorum prioris testamenti plane non meminerit testator, sed silentio ea praetererit, legata ademta esse non credo, propterea quod testator ita demum a priori testamento recedere voluisse videtur, si posterius valitum sit. Quod cum non valeat nec prior voluntas mutata censemur. Id quod claris verbis dicit POMPONIUS<sup>6)</sup>

„si iure testamento facto fideicommissum tibi reliquero, deinde aliud fecero non iure, in quo fideicommissum reliquit tibi, vel aliud, quam priori testamento, vel omnino non sit reliquit, videndum est, mens mea haec fuerit facientis postea testamentum, ut nolim ratum tibi sit priore testamento reliquit: quia nuda voluntate fideicommissa inserviantur? Sed vix id obtinere potest, fortassis ideo, quod ita demum a priore testamento velim recedi, si posterius valitum sit,

Quae  
er de-  
, ceu  
tamen ha-  
m ha-  
testa-  
e vel  
uti te-  
corar-  
n vo-  
su po-  
menti  
lentio  
credo,  
um a  
detur,  
n non  
fisetur.  
ius<sup>6)</sup>  
m tibi  
re, in  
aliud,  
nnino  
s mea  
m, vt  
o reli-  
ffa in-  
potest,  
ore te-  
turum  
x sit,

»fit, et nunc ex posteriore testamento fidei-  
»commisum ei non debetur, etiam si idem he-  
»redes utroque testamento instituti ex priori  
»existiterunt.“ Nec obstat responsum PAPI-  
NIANI<sup>7)</sup>: “ex parte heres institutus etiam  
»legatum accepit, eum testator inimiciis  
»grauissimis persecutus, cum testamentum aliud  
»facere instituisset, neque perfidere potuisset,  
»praeterit: hereditariae quidem actiones ei  
»non denegabuntur, sed legatum si petat, ex-  
»ceptione doli mali submovebitur.” In hac  
enim facti specie legatum non ideo adem-  
tum censetur, quod testator nouum testa-  
mentum condere instituerat, sed quod ini-  
micitia capitalis, quae iam per se est causa  
ademptionis<sup>8)</sup>, inter testatorem et heredem,  
suborta erat, qua testator eo permouebar-  
tur, ut voluntatem suam mutare manifesto  
declaret<sup>9).</sup>

1) In L. 3. in fin. ff. de adim. v. transf. leg. — quam  
legem CRELLIUS ICtus Wittemberg. peculiari Com-  
mentario illustravit.

2) In L. 4. § 10 ff. de doli mali et metus except.

3) L. 13 ff. de adim. v. transf. leg.

4) L. 27. Cod. de fideicommiss.

5) Differencia inter legatum ipso iure et ope exce-  
ptionis adementum, secundum leges illa esse vide-  
tur: scilicet si legatum ipso iure adementum est,  
et testatorem postea factas ademptionis forte pa-  
nitat, non sufficit, illum poenitentiam suam coram

duobus

duobus testibus declarare, ad hunc effectum, ut legatum nihilominus valeat, sed omnia ea observari debent, quae ad constitutionem noni legati generatis requiruntur; id quod alter se habere videmus, si legatum ope exceptionis admittunt est; L. 15. ff. de adim. v. transf. leg. — Miror ergo HOEPFNERUM, ICtum alias acutissimum, qui im Comment. der Heinicccischen Instit. §. 584. vsum practicum huius distinctionis simpliciter negat.

- <sup>6)</sup> In L. 18. ff. de leg. 3.
- <sup>7)</sup> In L. 22. ff. de adim. v. transf. leg.
- <sup>8)</sup> L. 3. §. vt. I. 4. ff. eod.
- <sup>9)</sup> Cfr. DE PUFENDORF in Observ. inv. univ. T. 2.  
Obs. 116.

### S. 8.

*De secunda mutationis specie per reuocationem realem.*

Iam sequitur altera mutationis species, quae fit *re ipsa*, et quam hinc interpretes reuocationem *realem* vocare solent. Quo pertinent omnia facta testatoris quibus vel tenor testamenti, vel ipsa adeo substantia illius deminuitur vel destruitur, ita, ut exinde mutata voluntas tuto colligi possit, v. c. testator tabb. testamenti cancellis inducit, delet, dilacerat, inscrit, incidit, sigilla turbat etc. Cum autem eius rei causa exstet specialis Tit. in Pandectis, et hinc ea, quae hoc pertinent, vel in sexcentis Commentariis occurrant, vnicum tantum,

tum, et ne hanc mutationis speciem plane  
 praeterisse videar, delibare constitui.  
 Scilicet ULPIANUS in Lib. 15. ad Sab. <sup>10)</sup>  
 ita dicit: "quae in testamento legi possunt,  
 ea inconsulto deleta et inducta nihilominus  
 valent. — Legi autem sic accipiendum,  
 non intelligi sed oculis perspici quae sunt  
 scripta. Ceterum si extrinsecus intelligun-  
 tur non videbuntur legi posse." — Et  
 deinde <sup>11)</sup> "sed si legi non possunt quae  
 inconsulto deleta sunt, dicendum est non  
 deberi." Quae verba manifesto pugnare  
 videntur cum seqq. eiusdem ICti: <sup>12)</sup>  
 "sed consulto quidem deleta exceptione pe-  
 tentes repelluntur; inconsulto vero, non  
 repelluntur, sive legi possunt, sive non  
 possunt, quoniam si totum testamentum,  
 non explet, constat valere omnia quae in  
 eo scripta sunt." Sed his verbis penitus  
 inspectis nulla pugna intelligitur. ICto  
 enim in priori membro de illa deletione  
 aperte sermo est, quae ante consumma-  
 tionem testamenti inconsulto contigit;  
 cum in posteriore de ea tantum loqui  
 videatur, quae post consummationem  
 illius fortuito seu negligentia accidere so-  
 let. Quod et rationem habere videtur.  
 Nam si ante consummationem quaedam  
 inconsulto delentur, nec legi possunt,  
 testator in eo acqueuissse praefumitur;

hinc

dum, vi  
 ra obser-  
 vi legati  
 habete  
 tum est;  
 ror ergo  
 qui im  
 4. vsum  
 gat.

v. T. 2.  
 ationem  
 species,  
 rpretes  
 Quo  
 us vel  
 stantia  
 ta, vt  
 possit  
 illis in-  
 dicit  
 ius re-  
 tis, et  
 sexcen-  
 tum tan-  
 tum

hinc ea simpliciter non debentur, etiamsi tenor illius quod deletum est, extrinsecus, i. e. alis mediis quam est ipsum testamentum, probari possit. Quae presumptio cessare videretur, si deletio post iam consummatum testamentum contigit, maxime si testatori occasio defuit deletum alio loco rescribendi. Id quod etiam, ex iisdem rationibus, iuris esse videretur in codicillis; quamvis nonnulli <sup>13)</sup> in eo testamento a codicillis differant, quod in his deleta non debeantur, etiamsi legi possint. Nam locum ULPIANI <sup>14)</sup>, quo aduersarii suam sententiam fundant, de illo casu commode interpretari possumus, quo deletio, cancellatio etc. consulto, ideoque ex intentione testatoris facta intelligitur. Reliqua ex condito transeo.

<sup>10)</sup> In L. I. pr. ff. de his quae in test. delent.

<sup>11)</sup> In cit. L. I. §. 1. eod.

<sup>12)</sup> In cit. L. I. §. 3. eod.

<sup>13)</sup> V. c. CORN. VAN ECK in princ. iur. civ. Tit. de his quae in testam. delent. §. 4.

<sup>14)</sup> L. cit. I. §. 5. eod.

#### §. 9.

*De tertia mutationis specie per revocationem verbalem.*

Tertia mutationis testamenti species est illa, quae fit verbis, quibus testator

rite

rite declarat, se priori suo testamento stare nolle, et quae hinc *verbalis* vocari con-  
fuevit. Quemadmodum autem non omnis  
fortuita locutio aliquem facit heredem;<sup>15)</sup>  
ita nec quodcumque verbum, voluntatem  
testatoris contrariam significans, reuoca-  
tionem testamenti constituit, sed requiri-  
tur, vt illa ea forma fiat, qua legibus  
praescripta inuenitur. Et antiquissimus  
modus testamentum verbis reuocandi, qui  
tam naturae rei, quam legibus optime  
conuenit, semper ille mihi visus est, quo  
omnia ea adhibentur, quae in condendo  
testamento, praeter heredis institutionem,  
secundum leges adhiberi debent. Quam  
reuocationis speciem *non nudam* voco, et  
iam ante JUSTINIANUM in usu fuisse,  
nec rationibus iuris destitui existimo.  
Quod enim semel legitimo modo factum  
est, id certe non aliter, quam secundum  
leges poterit iterum subuerti, propterea  
quod leges a priuatis immutari non possunt.  
Hinc recte dicit ULPIANUS: <sup>16)</sup> *nihil tam*  
*naturale est, quam eo genere quidque dissol-*  
*vere, quo colligatum est.* Id quod et ICTUS  
CAJUS <sup>17)</sup> indicare videtur verbis: *Omnia*  
*quae iure contrahuntur, contrario iure*  
*pereunt.* Item et THEOPHILUS, <sup>18)</sup> optimus  
mus JUSTINIANI interpres: *τα γαρ ἐνο-*  
*μως γνωμενα, ἐνομως αναγενθεισαι δει.* —

C

Quae

iam si  
rinse-  
plum  
praes-  
t iam  
ma-  
etum  
n, ex  
ur in  
n eo  
quod  
i legi  
quo  
, de  
imus,  
sulto,  
eo.  
ta in-  
de his  
tionem  
pecies  
tator  
rite

Quae regula generalis est, et omnia testamenta respicere videtur, non tantum solemnia, sed et priuilegiata. Sunt enim eiusmodi testamenta secundum legitimum modum condita, id quod saltim suppono, quidni et eadem ratione reuocari debeant! — modo illud priuilegiatum excipias, quod a parentibus inter liberos conditum est, quippe quod ex dispositione speciali coram VII. testibus reuocari debet (*Nov* 107. c. 2.). Et quamvis dictam regulam MARCKARTUS<sup>19</sup>) ad folios contractus pertinere statuat, ideoque ad rem testamentariam applicandam esse neget; tamen vel ipsa origo testamenti per aes et libram quae ex contractu emtione venditionis deriuatur, fatis indicio est, etiam in testamenti iura contractuum locum inuenire posse; ceu CANNEGIETER, PÜTTMANNUS, et SCHOTT, in Diff. supra citt. recte rationes subduxerunt. Quae cum ita sint, non solum testamentum solemne nuncupatum coram VII. testibus rogatis, et obseruatim praeterea iis, quae alias in testamento praeter heredis institutionem obseruari debent, reuocari potest, quod plerique concedunt; sed et solemne scriptum eodem modo inuerti posse credo, modo ponamus, accedere scripturam, qua testator adhibitis VII. testibus rogatis, qui subscri

subscribunt et subsignant, obseruata insuper vnitate actus, testificatur, se nolle vt testamentum suum vim et effectum habeat. Quibus obseruatis, eiusmodi testamentum scriptum solemne ipso iure sublatum esse censeo, ita, vt nec reconualescat, si postea testatorem facti sui poeniteat. Sed absque interuentu scripturae, licet reliqua solemnia obseruata videamus, facta reuocatio hunc effectum non habet, et eatenus recte suspicatur BALDUINUS<sup>20</sup>) testamentum solemne scriptum, nuda revocatione coram VII. testibus facta, non infirmari, sed heredem in illo scriptum nihilominus hereditatem petere posse<sup>21</sup>). Accedente autem scriptura, rogatione, subscriptione, et sublignatione testium, nec non obseruata actus vnitate, equidem non perspicio rationem, cur tale testamentum non possit statim et ipso iure subuerti. Hic enim non simplex et nuda concurrit testificatio contraria, sed accedit factum testatoris contrarium, quod tanto magis effectum habere debet, vt eo testamentum ipso iure infirmetur, quo certius constat, illud simul externam testamenti faciem et formam vitiare. — Quae de testamento solemni scripto differui, id suo modo etiam de reliquis speciebus valere videtur. Scilicet iisdem obseruatis in re-

C 2  
voca-

vocatione, quae debent obseruari in constitutione et constructione, testamentum sublatum intelligitur. Hinc testamentum militare nuda et simplici testificatione contraria reuocatur, propterea quod miles nuda voluntate hereditatem dare potest<sup>22)</sup> — et testamenta publica, tam iudicia, quam principi oblata, reuocantur, si ex iudicio seu a principe repetuntur, addita tamen expressa declaratione testatoris, quod nolit testamentum amplius valere<sup>23)</sup>). Cum enim regulam: *nihil tam naturale est &c.* in testamento solemni nuncupatiuo tantum non omnes sequantur, plane non intelligo, quare in reliquis testamentorum speciebus illam derelinquere velimus.

<sup>22)</sup> Arg. §. 1. Inst. et L. 24. ff. de testam. mil.

<sup>23)</sup> In L. 35 ff. de R. F.

<sup>24)</sup> In L. 100 ff. eod.

<sup>25)</sup> In Paraphr. Inst. Tit. quib. mod. test. instim. §. 7.

<sup>26)</sup> Rec. iur. civ. lect. Lib. 2. Cap. I.

<sup>27)</sup> In Comment. ad Instit. Tit. quib. mod. test. instim. §. 7.

<sup>28)</sup> Sunt tamen qui heredem ope exceptionis repellere possunt, si testamentum coram VII. testibus, sed absque reliquis solemnis, reuocatum comprehenditur Arg. L. 4. §. 10. ff. de doli mali et mer. except. ibi: „si quis quid ex testamento contra voluntatem petat, exceptione cum doli mali repellit solvere; et ideo heres qui non habet voluntatem per exceptionem doli repellitur.” — Sed quid

si testamentum coram III. IV. V. VI. testibus re-  
vocatione inueniatur, num heres nihilominus here-  
ditatem petere poterit? Et ita omnino est, quam-  
vis nemo negare poterit, heredem quid ex testa-  
mento contra voluntatem testatoris petere. Ex  
quo sequitur cit. leg. plus probare quam probare  
debeat.

<sup>22)</sup> L. 15. §. 1. ff. de testam. mil.

<sup>23)</sup> Sola repetitio absque adiecta declaratione validi-  
tati testamenti non obstat; *partim* quod in casu  
dubio semper pro validitate testamenti pronunciarci  
oporrerat, L. 10. ff. de inoff. testam. L. 28. pr.  
Cod. de episc. et cler. Adde MENOCHIUM Lib. 4.  
Praef. 167. Nro. I. seqq. — *partim* quod oblatio-  
nes testamentorum solus actus confirmandi causa  
fieri soleant. Quae confirmatio cum semel inter-  
venierit, vim suam retinere videatur, quocunque in  
loco testamentum postea afferueretur, et ita in Sax.  
Elect. Decil. nov. 44. expresse constitutum legimus  
cfr. DE PUFENDORF. Tom. 3. obs. 153.

### § 10.

*Continuatio, qua sensus L. 27. Cod. de  
testam. eruitur.*

Sed nouam plane, eamque ab ea, de  
qua hucusque disserui, longe diuersam re-  
vocationis speciem introduxit JUSTINIA-  
NUS in L. 27. *Cod. de testam.* quae fit co-  
ram tribus ad minimum testibus, accidente  
suo modo lapsu decennii, neglectis praet-  
erea omnibus solemnibus, quae alias in

G 3

testa-

testamento requiruntur, et quam hinc *nu-*  
*dam* vocare volo. Cum autem super in-  
tellectu huic constitutionis valde discepte-  
tur, ita, ut si qua vixnam dispositio ex-  
sistiterit, super cuius sensu lis fuit in foro,  
certe illa, de qua mihi sermo est, primum  
locum obtainere videatur, praeprimis cau-  
fam et rationem breuiter recensem, quae  
JUSTINIANUM ad illam emittendam impul-  
serit; deinde ipsa verba constitutionis ad-  
ponam, et tandem de vero illius sensu  
mea qualiacunque addiccam. Quod *primo*  
causam impulsuam huic *placiti* attinet,  
constitutionem quandam *Imp. HONORII*  
eam fuisse, in aprico est. Scilicet dictus  
*Imp.* fancinerat, ut solo lapsu decennii  
testamenta reuocata intelligerentur, etiam si  
ipsa voluntas testatoris contraria decesserit.  
Verba ipsius constitutionis, quae existat in  
Cod. Theod. <sup>24)</sup>, ita se habent: "Ne quis,  
"post diem mortis scriptis ante decennum te-  
"stamentis, praefletur affensus, nullisque pe-  
"nitus viribus scriptura huiusmodi, tempori  
"antiquata, taxetur: praesertim si, cum vo-  
"luntas continuata perficerit, breuis mord-  
"osit, recentibus vetustatem innouare temporis  
"bus: vix enim fieri potest, ut per haec tem-  
"pora, quae fideli amore contraximus, omnem  
"teflum conscientiam mors coniurata surri-  
"piat: et revera nefas efficiat, ut antiquae deli-  
"beratio-

„berationis ordinatio voluntas postrema di-  
 „catur.“ Cuius dispositionis admodum sin-  
 gularis seqq. reddit rationes legislator:  
 a) quod testator post X. annos id non  
 amplius velle videatur, quod ante de-  
 cennium voluit. — Deinde b) quod fides  
 testamenti morte testium minuatur et  
 debilitetur — et tandem c) quod ultima  
 volunta ante X. annos declarata,  
 iam non amplius *ultima* dici possit<sup>25</sup>).  
 Sed cunctae haec ratiusculae, vna cum  
 constitutione ipsa, displicerunt *Imp.* Ju-  
 STINIANO, et hinc hujus rei causa no-  
 vam legem tulit, cuius formula haec est:  
 “Sancimus, si quis legitimo modo condidit  
 „testamentum, et post eius confectionem de-  
 „cennum proficeret, si quidem nulla in-  
 „nouatio vel contraria voluntas testatoris  
 „apparuerit, hoc esse firmum. Quod enim  
 „non mutatur, quareflare prohibetur!  
 „Quemadmodum enim, qui testamentum fecit,  
 „et nihil voluit contrarium, intestatus effi-  
 „citur? Sin autem in medio tempore contra-  
 „ria testatoris voluntas ostenditur, siquidem  
 „perfectissima est secundi testamenti confectio,  
 „ipso iure prius tollitur testamentum: sin  
 „autem testator tantummodo dixerit, non  
 „voluisse prius flare testamentum, vel alius  
 „verbis utendo contraria aperuerit volun-  
 „tatem, et hoc vel per tenses idoneos non

C 4

„minus

„minus tribus, vel inter acta manifestauerit,  
 „et decennium fuerit emensum: tunc irritum  
 „est testamentum tam ex conivaria voluntate,  
 „quam ex cursu temporali. Alter enim te-  
 „flamenta mortuorum per decennii transcur-  
 „sionem evanescere nullo patimur modo,  
 „prioribus Constitutionibus, quae super hu-  
 „iusmodi testamentiis evanescendis latae sunt,  
 „penitus antiquatis.” Hac constitutione  
 penitus inspecta, et rebus quae circum-  
 stant paulo accuratius ponderatis, quisque  
 facile perspiciet, mentem legislatoris non  
 eam esse, ut modum illum antiquum testa-  
 menta reuocandi, de quo §. antec. late  
 differui, abroget, et praeter actum reuoca-  
 tionis lapsu decennii, semper opus esse  
 statuat. Haec enim conjectura vel ideo  
 locum habere non potest, quod abrogationes  
 legum in easu dubio generatim non  
 praesumantur, nec non quod *Imperator*,  
 si in ea voluntate fuisse, id certe suo  
 more pluribus verbis et ambagibus decla-  
 rauisset; quod cum non fecerit, pristinum  
 illum modum adhuc in saluo esse oportet.  
 Quae cum ita sint, verum nostrae consti-  
 tutionis sensum fere illum esse credo. Sci-  
 licet Imp. iubet in illa 1) generatim, ne  
 in posterum lapsus decennii testamenta  
 subuertat, id quod olim, ex const. *Theod.*  
 aliter fuisse scimus, licet testator de mu-  
 tanda

tanda sua voluntate nunquam cogitauerit. Deinde sancit <sup>2)</sup> speciatim, vt ne quidem in illo casu lapsus decennii testamentum infirmet, si testator medio tempore illud valere noluit, nisi haec voluntatis contrariae testificatio coram tribus saltim testibus facta, vel apud acta manifestata fuerit. Quae constitutio cum sit generalis, omnia etiam testamento suo modo respicere videatur, tam publica <sup>26)</sup> quam priuata tam solemnia quam minus solemnia; modo, quod minus solemnia attinet, illa excipiamus, quae ex speciali legis dispositione alia ratione, et absque interuentu lapsus decennii, ideoque statim reuocari possunt, quo pertinet testamentum militare, et illud quod a parentibus inter filios liberos conditum est, quorum illud simplice declaratio contraaria, hoc autem non aliter quam coram VII. testibus reuocari potest, ceu supra iam obseruani. Quo etiam referri meretur illud, quo *picae cause* consulitur. Hoc enim testamentum omnibus solemnitaribus ita solutum est a PONTIFICE, <sup>27)</sup> vt in scripto nulli testes, in nuncupatiuo autem duo tantum probacionis causa sufficere videantur; <sup>28)</sup> hinc et illud vel sola schedula, cuius *advertisia* supponitur, vel in praesentia duorum testimoniū reuocari posse censeo. Quod autem

C 5

reliquas

reliquas species testamenti minus solemnis attinet, illas *suo modo*,<sup>29)</sup> propter generalitatem textus, sub dispositione JUSTINIANEA omnino comprehenduntur, quamvis nonnulli dissentiant, et eiusmodi testamenta coram *duobus* testibus reuocari posse simpliciter statuant. Quorum tamen in castra ut transeam, a me hucusque impetrare non potui, propterea quod in re tam ardua sine lege, adeoque pro imperio quasi aliquid statuere, periculosum videatur; nec dubito fore plerosque qui propter defectum legis specialis mihi hac in re adstipulentur.

<sup>24)</sup> In L. 6. Cod. Theod. de testam. et codic.

<sup>25)</sup> Cf. JAC. GOTHIOPRENUS in *Comment ad Cod. Theod. h. I.*

<sup>26)</sup> Hoc ita intelligatur velim. Scilicet si quis testamentum principi obtulerit, quod publicum est, et illud *nude* h. e. coram tribus saltim testibus aut inter acta reuocat, lapsus decennii adcedat necesse est. Verba enim *constitutionis nostra* sunt generalia, et dispositio, qua testamentum principi offerre permititur, puta L. 19. Cod. de testam. est antiquior; hinc assertionem meam veram esse nullus plane dubito. Sed an etiam testamentum iudiciale sub *constitutione nostra* comprehendatur, noua quaestio est. Et hoc non puto, propterea quod tempore JUSTINIANI nondum moris erat, ut testamenta coram iudice perficerentur, qui modus usi fori demum iniquissime videtur. Dissentit quidem

de **FRANC. CAR. CONRADI** in Diff. de testamento publico quod sit apud acta. Helmst. 1741. — et testamenta iudicialea iam iure rom. fundata esse statuit; quem tamen docte refellit **GE. SAM. MADIUS** in Diff. de validitate testamenti non rite oblati. Halae 1771. — et testamenta iur. rom. tantum conseruationis et publicationis causa, postquam rite iam confecta erant, in iudicis afferuata fuisse probat.

<sup>27)</sup> In Cap. II. X. de testam.

<sup>28)</sup> *Nonnulli* indistincte duos testes requirunt, v. c. *Merenda* in Contr. Lib. 4. Cap. 16. *LAUTERBACH* in Coll. tb. pr. Tit. de testam. mil. §. 50. — *PUPENDORE* in Obs. iur. an. Tom. 2. obs. 172. *Allii* rursus plane nullos testes in hoc testamento requiri statuunt, v. c. *STRUV.* ex. 32. th. 23. — *STRYK* in Caur. test. Cap. 12 §. 4. — sed media via tutissimus ibis.

<sup>29)</sup> Sermo enim mihi tantum est de renocatione *munda* h. e. de illa, qua testator coram III. sicutim testibus ultimam voluntatem revocat, neglectis reliquis solemnibus quas alias in condendis testamentis requiruntur, v. c. *rogatione* testium, *vuitate* actus etc.

### §. II.

#### *Vlterior declaratio.*

Renocationem testamentorum verba-  
lem, de qua hactenus locutus sum, ex  
vera mente legum rom. *duplici ratione*  
fieri posse, manifestum est, quarum *prima*  
*et antiquior* illa esse videtur, qua testator  
omnia

omnia ea obseruat in reuocando, quae, excepta institutione heredis, secundum leges obseruare debet in condendo testamento, et quae per const. *Infin. in L. 27.* *Cod. de testam.* nec abrogata dici potest. Altera est illa, quam JUSTINIANUS noua sua constitutione introduxit, et quae manifesto supponit, testatorem absque omni ulteriore solemnitate, ideoque vnicorū coram testibus vel inter acta declarare, se nolle ut testamentum suum valeat. Cum autem intuitu illius quasdam adhuc visiones superesse intelligam, coronidis loco illas breviter iam complectar. Scilicet si testator, facto testamento, contrariam voluntatem testificatur, secundum mentem nostrāe constitutionis, videndum esse censeo, vtrum id fiat in *schedula f.* in praesentia tantum duorum testium, an coram tribus saltem, vel inter acta. Priori casu testamentum vim suam non amittit, etiam si minus solemne, modo excipias militare, et illud quo piae causae consulitur. Ait in casu *posteriore*, multum referre videtur, vtrum reuocatio facta sit intra decennium, an eo elapsio. Si testamentum reuocatur pendente et currente adhuc decennio, quod ex veriore sententia a momento conditi testamenti computatur, illud insuper adcedat necesse est; hinc testatori integrum esse

esse puto, si forte interea illum reuocationis poeniteat, ab illa iterum recedere, et de nouo legitimo modo declarare, se testamento suo iam stare velle. Quod si autem, reuocatio post lapsum X. annorum contingit, testamentum statim extinctum intelligitur, nec testatorem poenitentia forte ductum ab ea rursus recedere posse credo, nisi per testamentum nouum. Reliqua quae occasione huius materiae simul tractari potuissent, iam data opera illustrata inueniuntur in cit. *Diss. HANNE-  
SIANA*; hinc de industria et lubenter ea  
praetereo. Ceterum L. B. rogo, vt ea,  
quae forte minus legitime; minusue ac-  
curate dixero, pro sua humanitate corri-  
gat atque emendet. Desuper nobile offi-  
cium Lectoris humillime implorando.

---

### THESES

T H E S E S.

I.

Legale pignus, quod pupillis in bonis tutorum competit, etiam hereditibus eorum datur. *Nisi obstat L. 19 ff. de reb. aut. iud. possid.*

II.

Res pecunia dotali comparata non fit dotalis  
*Non obstante L. 54 ff. de iure dot.*

III.

Si famulus aegrotat, totam mercedem a conductore petere non potest. Posthabitum iis quam Hommelius in Rhapsod. obs. 331. monet.

IV.

Remissio mercedis locum tantum habet respectu fructuum nondum perceptorum.

V.

Fideiussor beneficium excussionis amittit, ubi se iureiurando obligauit.

VI.

Infantes expositi in casu dubio legitimi prae sumuntur.

VII.

Socius liberalitatis imperialis succedit tantum in defecitu cognitorum et coniugis.

VIII.

In praescriptione extincliua bona fides non requiritur.

is tutor  
ur. Ne  
d.

t dotalis

n a co  
uis quat  
t.

abet re

tit, vbi

ni prae

tantur

des non



Göttingen, Diss., 1788-89

f



56.



**Farbkarte #13**



B.I.G.

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA

DE  
M V T A T I O N E

E T

REVOCATIONE  
TESTAMENTI

TAM QVOAD MODVM

QVAM QVOAD EFFECTVM.

3/313  
QVAM  
ERVDITORVM EXAMINI

S V B M I T T I T

A V C T O R

P E T R U S G R E V E

H A M B U R G E N S I S .

G O T T I N G A E

T Y P I S J O . C H R I S T . D I E T E R I C H .  
M D C C L X X X X I X .

